



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Animae Illvstres Ivliae Cliviae Montivm Marchiae
Ravenspurgi Morsae Annexarvmqve Provinciarvm E
Monvmentis Calamo R. P. Theodori Rhay. Societatis Iesv
Redivivae**

Rhay, Theodor

Neobvrgi Ad Danvbium, 1663

XIV.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10835

tentus. Cuius familiare symbolum fuisse ferunt: Multos esse obligandos; paucos offendēdos. Nam *memoria aiebat, beneficiorum fluxa, iniuriarum aenea*
Ex Hierophyl.

XIV.

C *Ladbaci* in nobili *Iuliacensium* oppido, memoria ALBERICI, quem in eius Ecclesiæ Cryptâ depositum, vulgus S. Albertum indigitare consuevit. *Ex Fast. Gel.*

XIV.

I *N Burvenich Cistertiensium Parthenone*, venerabilis ELISABETHÆ ex *Julia Comitibus* oriundæ, quæ opibus, aulæ clientelis & mundo vale dicens vltimum, Cælites familiares, ac sæpe sæpius in oculis habuit, Gentis suæ splendorem præclarè virtutibus illustrans. *Gel. in Fast.*

XV.

S LEOPOLDI *Austriæ Marchionis, sanguinis B. RICHEZÆ*, multorum Monasteriorum *Templorumque Fundatoris*. qui Mariam identidem in corde; & illud continuò in ore habuit: *Virgo Mater natum ora, Ut nos iuuet omni horâ. Gel. in Fast.*

XVI.

H *Ervordia B. Waltgeri Confessoris, eius Vr- bis Comitis ac Fundatoris*, qui istic in Templo